

in totum et¹⁰⁴ societates inite¹⁰⁵ cum eisdem. Multiplicabuntur enim sine sumptibus curie tunc regie¹⁰⁶ massarie semperque, salva rerum substantia, multa camere vestre emolumenta provenient¹⁰⁷.

Dividantur animalia vestra per subditos opulentos¹⁰⁸, et eis imponatur reddendum curie vestre, salva semper¹⁰⁹ sorte¹⁰⁹, certum quid annuatim. Subditi quippe¹¹⁰ vestri¹¹⁰ propter consequendam in bonis et animalibus suis pretextu societatis regie libertatem et habenda pascua¹¹¹ libera libenter ad participium fructuum recipient sub suo periculo et fortuna quamlibet massariam."

Falsa igitur et fallaci suasionem recepta et pariter approbata, per¹¹² totam¹¹² Siciliam, que terra est fertilis et fecunda, segetibus apt